



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio XII. De satisfactione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

seßione suspicari etiam in genere quod superior vel confessorius possit uti notitia ex confessione habita, v. g. suffragium ei denegando, eum amo- uendo ab officio honorifico.

2. Quia in plerisque casibus relatis, vel simili- bus est difficillimum eam circumspectionem ad- hibere, quæ requiritur, ut non innoveret alij, vel faltem penitenti confessarium uti notitia confessionis.

3. Regimen rerum humanarum longè distat ab hoc Sacramento, & ab eo minimè debet depen- dere.

4. Cùm inferior, per se loquendo, debeat adire superiorem pro casu reservato, eſſet onus durissi- mum, si ſeſe poſſet dirigere in gubernatione sub- dii ex notitia in confessione comparata.

Quare licet prior ſententia multos habeat au- thores.

Dico 1. quod confessarius non teneatur ſe illi conformare, ſed poſſit ſeſe gerere, perinde ac ſi hi- hil audiueret, neque incurrit pœna, ſi que fer- tentur contra eligentes indignum &c. quia leges intelliguntur de ijs, qui norunt indignitatem &c. notitia in humano conuietu comparari ſolita,

Dico 2. neque poſteſe illi conformare, ſi ali- quâ lege ſit ei prohibi- tum, prout prohibi- tum eſt Superioribus Regularibus per decre- tum Clementis Octauie de caſuum reſeruatione editum vi- geſimo ſexto Maij, anno 1594. §. 6. vbi dicitur: *Tam ſuperiores pro tempore exiſtentes quam confessorii, qui poſſea ad ſuperioris gradum fuerint promoti, caueant diligenterne cā notitia, quam de aliorum peccatis in con- feſſione habuerint, ad exteriorem gubernationem tra- nſi- tur.* quod decre- tum obligare ſub mortali patet ex §. vltimo, ex quo patet non continere ſolam direc- tionem, ſed etiam præceptum. cùm ergo res sit grauiſſima, eius transgreſſio erit mortalis; & cùm Pontifex voluerit conſulere ſubditis, & integritati, & puritati confeſſionis; conſtat illud decre- tum omni eventu obligare.

Vnde iuxta illud Superior pro nullo religionis bono poſteſe in ſuo regime- nre dirigere ex notitia habita ex confeſſione, non poſteſe ſubditum ab officio etiam amouibili remouere, non poſteſe eum alio mittere, clauſuram melius cuſtodiare, oſtium claudere, ſolitum egressum ē domo negare, in mo- res ſubditū acrius inuigilare &c. quod intelligitur de notitia per illos in confeſſione comparata, quia ſi reſtant ab aliquo, qui iuxta priorem ſenten- tiā in genere monuerit, poterunt uti in ſuā gu- bernatione huiusmodi notitia, non minùs quam magistratus aliquis ciuilis.

Prædictum decretum non tangit inferiores, vt patet ex eius verbiſ; qui proinde nihil contra illud facient, ſi indigo in caſu dubi negent ſuffragium &c. in ſocietate ramen viſus prioris ſen- tencie omnibus confessorijs eſt prohibitus anno 1590.



QVÆSTIO XII.

De ſatisfactione.

D V B I V M I.

Vtrum remiſſa culpa remaneat pœna temporalis propter peccatum persoluenda?

Ex dictis quæſt. 86. art. 4. facile patet huic dubij resolutio, ſcilicet deletâ culpa non ſemper condonari totam pœnam, ſed interdum relinqui aliquid pœna persoluendum in hoc, vel futuro ſeculo, quod licet negent heretici noſtri temporis, vt patet ex Veritas Ca- Bellarmino libr. 4. de pœnitentia cap. 2. & alij thol. qui contra hereticos iſcriferunt; eft de fide defi- nitio in Trident. ſeff. 6. can. 30. & ſeff. 14. can. 12. ſupponiturque can. 13. & docetur ſeff. 6. cap. 14. & ſeff. 14. cap. 8. traditur etiam in Florent. Trident. de purgatorio, & ſupponitur decreto de Sacra- mentis, de Sacramento pœnitentie, dum inter eius partes recenſetur ſatisfactione, patet etiam ex varijs ſcriptura locis, ex quibus conſtat deletâ culpa non ſemper ſimil totam pœnam deleri. 2. Regum 12. remiſſo Davidis peccato idem puni- tur morte filij, punitur etiam poſt obtentam re- miſſionem peccati ob numeratum populum cap. 24. eiusdem libri, que pœna non ſolum fuerunt iſtructio, vt de cetero ſimilia peccata caueret, ſed ſe habuerunt per modum vindictæ, vt patet cap. 12. cit. vbi dicit Prophetæ Nathan quoniam blaſphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc filius, qui natus eſt tibi, morte morietur. idem docent patres, August. libr. 2. de peccatorum me- ritis cap. 34. & alibi, & plures alij paſſim citari ſoliti, e quibus dubio ſequenti aliquos reſer- vamus.

56.

Neque huic veritati obſtant varia, que adfe- runt heretici, quod videlicet, poſt remiſſionem culpa homo remaneat debitor alicuius pœnae temporalis, Deus recordabitur peccati, contradic- quod dicitur Ezechieles 18. ad quod Respondetur negando aſſumptum ad ſenſum Scriptura: quia Deus eo ſenſu dicitur non recordari peccati, cuius hominem pœnit, quod eum propter hu- iusmodi peccatum non puniet pœna aeterna, ſeu morte aeterna, de qua apud Ezechielem eſt sermo.

57.

2. Quod id videatur derogare ſatisfactioni Chri- ſti, ad quod Respondetur negatio: ſi enim Chri- ſti merito, & ſatisfactione, cuiusque infinitæ perfe- ctiōne non repugnet, quod non remittantur no- biſ peccata, neque gratia infundatur absque no- bri cooperatione, vel fuſceptione Sacramen- torum, ita eiusdem perfectione non repugnat, quod remiſſa culpa & pœna aeterna remaneat reatus pœnae temporalis, pro qua per Dei gratiam ex Chriſti meritis ſatisfacere poſsimus. ratio eft, quod licet ſatisfactione Chriſti ſit infinitè digna: ea tamen nobis non proſit, niſi nobis applicetur; no- luit autem eam nobis ita applicari, vt quotiescumque remittitur culpa, remittatur & pœna integræ, ſed conuenienter diuinæ iuſtitiae, & prouidentia aliquid relinqueretur pro quo ex eiusdem meritis ſatisfacere poſsemus.

Obiectio 1.

Resp.

Obiectio 2.

Resp.

Quæſt.

58.
Quæstionis.Caietani.
doctrina
satis diffi-
cilius.

59.

60.

Resolutio
Auctoris.

61.

Cerulli.

Quærunt autem Doctores, quæ ratione reatus pœnae temporalis post peccati remissionem relinquitur: aliqui censem id fieri, quod pœna temporalis respondeat conversioni ad creaturam, quæ in omni peccato inuenitur, ita ut remissâ culpâ tollatur aueratio, & proinde pœna æterna tam danni, quam sensus, quæ illi respondet; remaneat tamen pœna temporalis respondens conversioni, ita philosophatur Caiet. tom. 1. opusculorum tract. 4. q. 4. & quidam alij. quæ tamen sententia videtur difficultis, quia homo verè pœnam subit ratione totius peccati, & quidem ratione eius, quod in peccato est præcipuum, quod est aueratio à Deo. 2. quemadmodum per remissionem culpâ tollitur moralis aueratio à Deo, ita tollitur moralis conuersio ad creaturam, si ergo ex eo, quod tollatur aueratio, remittatur pœna æterna, debet etiam remitti pœna temporalis, videtur ergo alia huius rei ratio assignanda, pro quo

Notandum hominem peccantem mortaliter, reddi inimicum Deo, atque adeò indignum, qui admittatur ad consortium bonorum ipsius, imò reddi dignum, qui tanquam inimicus in æternum crucietur. peccatum ergo mortale conformiter naturæ sua est causa, propter quam homo puniatur pœna æternâ tam danni, quam sensus: quando verè ei remittitur peccatum, admittitur ad diuinam amicitiam, ratione cuius illi competit ius ad gloriam, atque adeò conformiter naturis rerum remittitur ei pœna æternâ danni, & quia est consentaneum naturis rerum, vt amicus Dei, & admissus ad claram eius visionem summo gaudio perfruatur, & sit in statu omnium bonorum aggre-gatione perfecto, cui repugnat pœna æterna sensus, hac etiam sublatâ culpâ remittitur, quia tamen iniustitia conformiter naturis rerum exigit, vt qui alium offendit, & præsertim principem, aliquam pœnam subeat, quantumvis ad illius amicitiam admittatur, & condonetur ei culpa.

Dicendum, quod conformiter naturis rerum, & ordini diuina iustitia dimissâ culpâ & homine admisso ad diuinam amicitiam remaneat reatus pœna temporalis, atque ita quodammodo ex naturâ rei; ita ut se probat omni Dei ordinatione potius id sit consentaneum, & ita fundamentaliter, & remò id oriatur ex naturâ rei: proximè tamen oritur ex diuinâ voluntate, nolente semper gratis talem pœnam condonare, sed ea exigente iuxta regulas suæ prouidentiæ, cum hoc tamen stat, quod interdum cum remissione peccati tota pœna temporalis remittatur, vt contingit in baptismo, imò id potest contingere, quamvis homo per proprium actum peccati remissionem acquirat, & quod actus contritionis, per quem disponimur ad iustificationem, est præstantior, eò plus pœna etiam temporalis remittitur.

Ex quo patet quo sensu dici possit pœnam æternam mutari in temporalem, quando peccatum remittitur: non enim verè, & propriè vna mutatur in aliam, sed ita dicitur, quod desinente reatu pœnae æterne, quæ debebatur peccato mortali, quādiu illud manebat, mutato statu, & remissâ culpâ propter eam, remaneat debitum pœna temporalis iuxta diuinæ iusticie exigentiam, nisi videlicet homo moriatur in mortali antequam pro illâ pœna satisfecerit.

D V B I V M II.

Virum possimus satisfacere pro pœna temporali ex peccato remanente?

NE A N T hæretici huius temporis, qui non tantum tollunt necessitatem satisfactionis, sed etiam vim, & utilitatem, vt videte licet apud Bellarminum lib. 4. de pœnitentia cap. 7. sed contrarium certum est. vnde

Dico 1. homo potest satisfacere pro pœna temporali ex peccato condonato reliqua est de fide, definita in Trident. sess. 14. can. 3. in hac verba: *Si quis dixit pro peccatis quoad panam temporale minime Deo per Christi meritum satisfaci posse ab eo inflatis, & patienter toleratis, vel a sacerdote ministratis sed neque sponte susceptis, ut ieiunii orationibus, elemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus &c. anathema sit. videtur potest caput 8. & 9. eiusdem sessionis, & capitul. 14. sess. 6.*

Probatur 1. ex scripturâ, Lucæ 3. *Facie fratribus dignos pœnitentia.* qui locus, licet optimè possit explicari de pœnitentiâ idoneâ ad obtinendam remissionem ipsius culpa, potest tamen etiam intelligi de fructibus pœnitentiæ post remissionem ipsius culpa obtentam: ita vt Sanctus Iohannes Baptista & horretur peccatores ad pœnitentiam de peccatis agendum, vt Deo reconcilientur, & simili eos, qui remissionem peccatorum sunt consecuti, vt consequatur remissionem pœna remanentis post remissam culpam in quem posteriore sensum prædictum locum interpretantur plures Patres, quos refert Bellarmine lib. cit. cap. 8.

Probatur 2. ex Patribus, qui hortantes homines ad opera pœnitentiæ etiam ad consequendam remissionem pœnae, supponunt nos pro eâ posse satisfacere. videtur possunt Patres citati à Bellarmino, prædicto capite 8. item Ambros. ad virginem lapsum, cap. 8. dicens: *Peccator si fuerit non pepercit, à Deo illi paretur, hoc est, si renunciatur sanctificari.* Cyprianus ad sermonem de lapsis: *Pœnitentia criminis minor non sit,* quæ sententia commode etiam eo sensu intelligitur, vt pro grauioribus peccatis maiorem exhibeamus satisfactionem, epist. 8. in fine, vbi docet Deum penitentia, & satisfactione esse placandum, plures videantur possunt tum apud Bellarminum cap. 9. libr. cit. tum apud Suarezum disp. 37. sect. 1.

Probatur 3. ex lege amicitia, quæ postulat, vt amicus debitor possit satisfacere pro eo, quod saluâ amicitia iustus ab eo exigitur, cùm remissâ culpâ non semper remittatur tota pœna, sed vel ex naturâ rei, vel ex Dei voluntate (quod non refert ad præsentem cum hæreticis controveriam) quæ remaneat persolenda, ratio amicitie requirit, vt iustus pro eadem satisfacere possit. vt quid enim relinquitur, si iustus, qui ins. habet ad regnum celorum, & claram Dei visionem, nequeat pro eâ satisfacere? cùm ratione debiti pœnae retardetur ab illius regni ingressu.

Confirm. ne illud ius inane renaneat, homo potest in purgatorio satisfaciendo tandem obtinere remissionem illius pœnae, vt est de fide, & traditur in materia de purgatorio, ergo potest

eandem

eandem obtinere in hoc seculo tum voluntariè facilius, tum satisfaciendo, cùm non sit maiore ratio, cur id post hanc vitam fieri possit, quād in vita præsenti.

Probatur 4. ex eo quod homo possit per bona opera promereri gloriam cœlestem, ergo potest etiam promereri remissionem pœnæ, seu satisfacere pro pœnâ temporali ex peccato relicta, quæ retardat adiutum illius gloriae, cum in posteriori non sit maior difficultas, vel ratio, quād in priori, propter quam homo non possit satisfacere.

Dico 1. homo potest de condigno satisfacere pro huicmodi pœnâ temporali, est communis Theologorum, & patet ex 4. Probatione præcedentis conclusionis. si enim homo possit de condigno mereri gloriam æternam, vel saltem eius augmentum, (quod alibi ostenditur) nihil obstat quod minus possit de condigno satisfacere pro pœnâ, cùm id sit minus, & pia opera non minorēt rem habent cum posteriori proportionem, quād cum priori, ratio etiam amicitia id exigat, vt scilicet reconciliatus alicui possit condigne satisfacere pro eo, quod saluam amicitiam, ab illo existitur.

Adverte 1. hæc intelligi de pœnâ per se respondente peccato, & cùm, quæ alijs effet in purgatorio sustinenda, non verò de cùm, quād Dominus Deus interdum per accidens & extraordinariè decrevit pro peccato infligere, vt patet ex morte filij Davidis, quād pater afflictionibus in eum finem assumptis auertere non potuit.

Adverte 2. non per quolibet opus hominis iusti semper satisfici pro totâ pœnâ debitâ ratione peccati condonati, quod satis patet ex vsu Ecclesiæ, in quâ etiam remissa culpâ, interdum varia opera iniunguntur pro satisfactione pœnæ, quod arguit totam pœnam nō semper remitti per quolibet opus satisfactorium. addit quod in ratione satisfactorij non quilibet opus sit proportionatum quantumlibet magnæ pœnæ, quemadmodum in ratione meriti non semper est proportionatum quantumlibet magno gradu gloriae.

Adverte 3. quod licet operibus habentibus conditiones, quas dubio sequenti trademus, insit quædam propria cum pœnâ etiam præcisâ omni Dei promissione, & acceptance: ea tamen non videantur effectum remissoris pœna habitura in hac vitâ, non accidente Dei promissione, quia Deus potuisse absque viltate iniustitiae nullam aliam satisfactionem acceptare, sed determinatè velle hominem in purgatorio fatis pati.

D V B I V M III.

De conditionibus ad satisfactionem requisiatis.

SATISFACTIONEM huc distinguimus à satisfactione, ad quam supponimus requiri statum viatoris, vt communiter Theologi: nam quemadmodum solum tempus huius vitæ est tempus meriti, ita solum illud est tempus satisfaciendi, & hinc est quod beati bonis suis actibus non conseruant pro alijs satisfacere, quia scilicet sunt extra statum viae, & merendi. hoc suppon-

Quæritur 1. an viator, qui consecutus est remissionem peccati, possit in statu peccati mortali satisfacere pro debito pœnæ remenantis? ita 67. Scot sentit alij sequuntur. ratio est, quod homo etiam in peccato existens possit ponere æquale cum pœnâ debitâ nihil autem aliud requiratur ad satisfactio-

nem. Confirm. 1. qui suffert pœnam sibi à iudice inflatum, satisfacit, licet nec sit in gratia principis, nec eam voluntariè perferat.

Confirm. 2. si peccator non possit satisfacere, dicendum esset pœnam pro peccato etiam condonato relictam futuram aliquando æternam, quando scilicet in mortali decedit, imo hominem posse in æternum puniri pro peccato veniam etiam remiso, quod nullo modo videtur ascendum, quia confitat pœnam relictam ex peccato mortali condonato esse temporalem, similiter pœnam peccato veniali debitam.

Contra 1. tamen communis tenent Theologi, quorum sententia est omnino verior, & conformior Concilio Tridentino sess. 14. cap. 8. tradenti, quod satisfaciendo Iesu Christo conformes efficiuntur, certissimam arrham habentes, quod si compatimur, & conglomerabimur, tradenti etiam, quod hanc satisfactionem habemus ex Christo, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos penitentia, qui ex illo vim habent. quibus verbis Conc. omnino videtur indicare ad hoc, ut satisfacere possimus, requiri vt vivamus in Christo, scilicet per inhabitantem Spiritum Sanctum, & vt eidem conformes sumus, quæ absque gratia sanctificante esse non possunt, igitur ut homo possit satisfacere pro pœnâ ex peccato relictâ, requiritur vt sit iustus, & Deo acceptus.

Probatur vltiū, remissio pœnæ apud Deum debitâ est effectus diuini amoris, per quem tollitur impedimentum aditus regni coœlestis, igitur requirit in homine eam recipiente statum gratia.

Confirm. 1. huiusmodi remissio potest censi pertinere ad iustificationem, tanquam eius complementum, & proinde non potest fieri homini peccatori, seu in peccato remanenti, neque ad hoc illius dona probat altissimus.

Confirm. 2. opera etiam honesta peccatoris sunt mortua, nec valent ad vitam æternam, vel ad eius augmentum, vnde non debent etiam valere ad diminutionem eius, quod retardat consecutionem vitæ æternæ.

Nec obstat quod opera honesta dicantur valere ad pœna diminutionem: quia solum eternus valent, quatenus per illa possunt præcepta impleri, & ita profundit ad vitandum peccatum.

Porrò ex hac vltima ratione patet peccatorem non solum non posse satisfacere, quamdiu remanet in peccato, sed etiam eius opera altoquin honesta non prodest ad obtinendam remissionem pœna post obtinentem statum gratia, quia prædicta opera nunquam habuerunt vitam, & proinde nunquam possunt prodeste ad id, quod vitam requirit in operante.

Ad rationem Scoti in contrarium
Resp. quidquid sit de assumpto, negando subsumptum:

Quesitum.
67.
Scot sentit
viatorem
posse in
statu pec-
cati morta-
li satisfac-
cere pro
pœna ex
peccato
condonato
relictâ.

68.
Contrariū
est verius,
& Trid.
confor-
mius.

69.
Satisfac-
tamento
Scoti

sumptum: quia nostra satisfactio debet esse reconciliativa, & suo modo meritoria, quod non competit operibus peccatoris.

Et certè, si ratio illa valeret, ostenderet etiam eum satisfacere, qui invitus subit pœnam, item dormientem, & multò magis eum, qui voluntariè voluntate naturali, quæ aperte videntur repugnare Trident. cit. satis clarè indicant nostraras satisfaktiones debere procedere ex gratiâ præueniente, quod etiam ostendunt rationes à nobis factæ, & quod sine gratiâ nihil possimus uti literad salutem.

Ad priorem confirmationem Respondeo differentiam esse inter nostram satisfaktionem apud Deum, & apud homines, quod iudex, vel princeps solum exigat sufficientiam pœnae in exemplum aliorum, & vt delicta censeantur puniri, de cetero non curans, quo animo illa toleretur, vnde etiam dormiens patiens pœnam impositam censetur satisfacere; Deus verò non exigat qualcumque passionem, & tolerantiam pœnae, sed tendentem ad reconciliationem, ratione cuius tollatur impedimentum aditus regni coelestis, quod à solo iusto præstari potest.

Ad posteriorem confirmationem Respondeo concedendo pœnam etiam relitam ex peccato mortali condonato, vel etiam debitam veniali futuram æternam, si homo moriatur in mortali antequam in hoc mundo eam persoluerit, vt etiam communiter tradunt Theologi propter rationem aliquoties allatam.

Ad id quod in contrarium assertur Respondeo pœnam pro mortali condonato remanentem dicí tempore, per se loquendo; nihil tamen obstat quod minus per accidens possit esse æterna, si videlicet homo in eo statu decebat, in quo non possit amplius cum Deo reconciliari, quo casu pœna peccati venialis futura est æterna, licet secundum suam naturalem exigentiam possit esse temporalis.

Quæritur 2. an opus, quo satisfacimus, debeat esse liberum?

Resp. breuiter debere esse aliquo modo liberum, & supernaturale. ratio prioris partis est, quod opus satisfactorium sit opus virtutis, per quod aliquo modo Deo reconciliamur, vnde debet aliquo modo situm esse in nostra potestate.

Confirmatur quia nullus cent' amentem vel etiam dormientem satisfacere pro peccatis. secunda pars facilè patet ex dictis; cum enim remissio pœnae apud Deum debita sit aliquo modo effectus supernaturalis, consequens est quod causa debet esse aliquo modo supernaturalis. adde nostram satisfaktionem vim habere per Christum, in quo satisfacimus, vt Trid. cap. 8. cit. igitur opus debet esse aliquo modo supernaturali.

Cum vero præceptum hanc conditionem ab opere non tollat, sequitur quod ab eodem non tollat rationem satisfactorij, quemadmodum nō tollit rationem meriti.

Vnde non solis operibus supererogationis, sed etiam præceptis possimus pro pœna satisfacere, vt tradunt plures Theologi (quamvis aliqui repugnant) & patet, quia esse præceptum non tollit virtutem, qui alioquin operi inesset, si ergo omnibus spectatis alias esset satisfactorium, hanc vim recineret, non obstante præcepto.

Confirm, constat ex Trident. sess. 14. cit. cap. 9. nos posse satisfacere temporalibus flagellis à Deo inflictis & à nobis patienter toleratis, vbi

Aduerte opera pœnalia, & afflictiones esse ad satisfaciendum aptissima, cùm per ea optimè vin- 72
dicemus inæqualitatem inter nos, & Deum po- penitentia
sitam per peccatum; & futura peccata caute- 73
mus, vnde scripture & Patres hæc opera laboriosa sufficiunt
valde commandant tanquam maximè idonea ad 74
satisfaktionem, & si afflictio sit à nobis afflita, 75
vel à Deo peculiari proutientia in hunc fi- Carola
nem immissa, vel ab Ecclesiâ iniuncta &c. quod 76
ea maior est, eò cæteris paribus per illum am- Obiecta
plius satisfacimus, cùm ratio satisfactorij & vin- 77
dicitæ crescat ex pœnaliitate operis, quod censeatur 78
à nobis procedere, vel à Deo peculiariter pro- 79
curatur, quia per illud censemur magis peccatum 79
vindicare.

Quod si incommoditas aliund proueniat, siue à causis naturalibus, siue à liberis, solum videatur satisfieri secundum conditionem actus volun- 80
tatis, quo voluntà toleratur: cùm enim non sit secundum se nobis voluntaria & non censem- 81
tur nostra, ita vt per eam censemur pecca- 82
tum vindicare, non alter prodet, quā ratione voluntariae acceptationis, & non habetur ratio il- 83
lius secundum se spectata, sed solum interna vo- 84
luntatis, quā illam acceptamus.

Ex his quæritur 3. num satisfactio solum fit 85
per opéra pœnalia, an verò etiam fieri possit per 86
quodlibet opus meritorium? varij enim assertur 87
prius: posterius tamen remittit Scotus dist. 15. 88
quæst. 1. §. de tertio dico. Victor. numer. 202. So- 89
lutes distinct. 19. quæst. 2. art. 1. conclus. 2. Vas- 90
quez quæstione 94. art. 1. dubio 5. numer. 3. & plu- 91
res alij. que sententia videtur omnino probabili- 92
or, secundum quam

Dico, omne opus meritorium etiam esse satis- 93
factorium.

Probarit 1. per omne tale opus possimus mereri gloriam, vel eius augmentum, ergo etiam pœna diminutionem, cùm non sit ratio, propter quam prius possimus mereri, & non poteris, cùm opus, quod condigne respicit manus, possit etiam esse commensum minor, quod est subordi- 94
natum excellitioni; atqui remissio pœnae est aliquid minus, & subordinatum gloriae con- 95
ficiioni, ergo si homo iustus possit gloriam per 96
quodlibet opus virtutis supernaturalis mereri, po- 97
test etiam mereri diminutionem pœnae.

Probatur 2. per omne tale opus tollitur in- 98
qualitas posita per peccatum.

Bona verò opera ita sunt satisfactoria, vt ad 99
hoc non indigeant peculiari operantis relatio- 100
ne, quamvis interdum ea peculiarter assūmamus 101
in illum finem.

Vtraque etiam conditio ita illis conuenit, vt propter vim satisfaciendi nihil minuatur de vir- 102
tute merendi, neque hæc augeatur quamvis inter- 103
dum contingat hominem bene operantem nihil 104
habere pœnae persolvendum.

Aduerte quod licet omnē opus bonum sit fa- 105
satisfactorium, non tam per quodlibet tollitur tota pœna propter peccatum debita, vt fu- 106
præ significauimus, sed aliquid iuxta operis pro- 107
portionem, idque consonat diuinæ iustitiae, quæ 108
conformiter naturæ rerum postulat, vt pœna 109
communius paulatim directè remittatur, in- 110
uat etiam, vt peccata diligenter caueamus, & 111
excitemur ad studium virtutis, & ad opera peni- 112
tentia.

Ex his

Pœna tem-
poralis ex
peccato cō-
donato re-
licta potest
esse per ac-
cidens & ter-
na,

70.
Quæstū 2.
Opus satis-
factorium
debet esse
aliquo mo-
do liberū,
& supra-
naturale.

71.
Præcepum
non tollit
rationem
satisfac-
torij.

Ex his sequitur nos non solum satisfacere per opera externa, sed etiam per actus internos, etiam si secundum se, & tendentiam in obiectum, non habeant laborem coniunctum, sed solum ex dispositione subiecti; ex quo sit, ut homo, qui per cōtritionem iustificatur, & meretur glorian cælestem, per eandem acquirat remissionem falem aliquius partis pœnae, quam non acquireret, si extra Sacramentum, vel martyrium gratia illi infundetur independenter à suo actu meritorio.

Contra resolutionem potest obijci quod satisfactione sit actus iustitiae, quo penitentis punit, & vindicat in se illatam Deo iniuriam; vindicta autem propriè sit per pœnam.

Resp. quamvis pœna ad id sit magis conueniens, vt etiam in superioribus ostendimus: non tamen per illam solam posse tolli inæqualitatem, sed etiam per alia, per que, peccata & iniuriam Dei possimus vindicare, & mereri liberari à pœnâ; nec obstat quod in purgatorio per solam pœnarum tolerantiam satisfiat, quia ibi non est locus satisfaciendi, sed satisfaciendi.

D V B I V M . IV.

Virum unus pro alio possit satisfacere?

operans per suam intentionem, vel totam satisfactionem, vel eius partem vni, vel pluribus applicare, potestque referre opus, ut est imperatorum ad impetrandum remissionem pœnae ab altero debite, retentâ sibi satisfactione, qua necessariò consequitur opus meritorium.

Contra resolutionem potest obijci, quod unus non possit mereri pro alio, ergo neque satisfacere.

Resp. negando consequentiam iuxta sensum antecedentis: nam antecedens est verum de merito respiciente immidiatè gratiam sanctificantem, & vitam æternam, quia nullus adultus admittitur ad diuinam amicitiam nisi volens, nullus autem acquirit ius ad gloriam cælestem, nisi simul admittatur ad amicitiam diuinam, & gratiam sanctificantem recipiat, idque fuit congruum, vt scilicet singuli suis operationibus in gratia factis, vel legitimâ Sacramentorum susceptione ius ad gloriam acquirerent, & ita à Deo re ipsa est constitutum, vt i. 2. in materia de merito fuisit tradi solet; vt autem pœna relaxetur non est opus interiori renovatione, & de cætero est consenteendum diuina bonitati, & communioni sanctorum, vt opera vnius prodeesse possint alteriad relaxationem pœnae, præsertim cum bene operans non sit semper debitor pœnae.

D V B I V M . V.

Virum satisfactione sit pars Sacramenti penitentiae?

alteri applicari.

Obiectio.

Resp.

Nullus adulterus admittitur ad diuinam amicitiam, nisi volens.

79.

R E s p. posse, ita communiter Doctores, est que communis sensus fidelium, vt patet ex suffragijs, & satisfactionibus, quæ sunt pro defunctis, hoc etiam pertinet ad communionem sanctorum, quæ est in Ecclesiâ.

Aliqui censem han e satisfactionem vnius pro altero esse de condigno, sed alii verius tenent solum esse de congruo, cum homines respectu sui inuidem non habeant rationem capititis, neque virtutem in se inuidem influant. præterea pœna, quæ relinquit ex peccato, relinquit tanquam debitum personale ex iniuriâ actione ipsius peccantis; per actionem autem, & bonum opus alterius peccator nihil in se luit, nec tollit in se inæqualitatem positam per peccatum, ergo Deus non teneret opus vnius acceptare pro diminutione pœna alterius, neque exstat promissio talis acceptationis.

Dices communio sanctorum, & officia charitatis, quibus Christiani inter se communicant, aliud videntur iudicare.

Resp. negando, solum enim ostendunt satisfactionem vnius posse prodeſſe alteri, modum autem non necessariò declarant, quod scilicet id fiat de condigno, vel lege infallibili, vel solum de congruo, vel etiam per modum impetrationis.

Dices infallibilis thesaurus in Ecclesiâ nititur etiam satisfactionibus sanctorum.

Respondeo cum thesaurum, quatenus est infallibilis, solum nisi meritis, & satisfactionibus Christi, ut infra.

Aduerte 1. cum vnuis satisfactione alteri applicatur (scilicet quando satisfactione non est sacramentalis, vel non applicatur indulgentia) vtrumque debere esse in gratia, item peccatum, propter quod debetur pœna, debere esse remissum: nam remanente fundamento non tollitur pœna.

Aduerte 2. quod cum opus vnius ex se non referatur ad satisfaciendum pro alio, ad hoc ut profitari, debet ab operante per intentionem in eum finem referri, & alteri applicari. potest vero

R E s p. breuiter affirmatiue patet ex Concil. Florent. decreto de Sacramentis, & ex Trid. self. 14. cap. 5. & can. 4. porro ex prediçis Conciliis patet esse partem materialē, ex Conc. etiam Trident. locis citat. colligi potest solum esse partem integralem, non autem essentialē, quia videtur potissimum ratione illius dictum contritio- nem, confessionem, satisfactionem esse partes, quatenus in penitente ad integratē Sacra- menti, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur. Constat enim contritionem, & confessionem ita esse necessaria, vt absque illis ratio Sacramenti nequeat confidere: è contra verò etiam constat per Sacramentum penitentie conferri gratiam, antequam satisfac- tio re ipsa exhibetur: cum tamen Sacramentum non possit operari suum effectum, antequam ponatur, & per consequens antequam ponantur partes eius essentiales. ex his enim conficitur satisfactionem non esse partem essentialē huius Sacramenti, vnde relinquitur esse integralem.

Est autem conuenienter instituta pars Sacra- menti, eò quod in hoc Sacramento peccatum ita remittatur ex Dei misericordia, vt tamen misce- tur iustitia, quæ profluet aliquam vindictam summi de peccato, igitur satisfactione aptè adiuncta est, per quam aliqua vindicta sumitur de peccato. adde hoc iudicium esse reconciliatum, in quo reus conuenienter aliquam pœnam solet subire in punitionem peccati.

D V B I V M . VI.

De efficacia sacramentalis satisfactionis.

80.

Resp. pér satisfactionem sacramentalē aliquid tollit pœnā ex opere operato.

Prob. ex
Trid.

IN præsenti dubio querimus, num p̄t̄rā vīm, quam habet satisfactione ex opere operantis, si habeat conditiones à nobis descriptas, aliquam etiam habeat ex opere operato: ad quod respondeo &

Dico per satisfactionem sacramentalē tollitur aliquid pœnā ex opere operato. ita communiter Theologi declaratur, de fide constat non semper tolli totam pœnam in hoc Sacramento, quamvis homo alioquin legi timore dispositus ad ilud accedit, sed sublatā culpā, & pœnā aeternā sepius remanere aliquam pœnam temporalem, vt docet Trid. sess. 6. cap. 14. & partim indicat, partim supponit sess. 14. cap. 8. inde inferens sacerdotes debere in hoc Sacramento salutares & conuenientes satisfactions iniungere, huius pœnā saltem aliquam partem tolli per sacramentalē satisfactionem ex opere operato communiter doceatur, hac parte per virtutem clavium eleuatā ad huiusmodi effectum.

Probatur ex Trid. sess. 14. cap. 3. quod videtur insinuare hanc partem requiri ad plenam, & perfectam peccatorum remissionem.

Confit. cūm Sacramenta nouæ legis aliquem effectum ex opere operato conferre valeant, videatur eorum partibus etiam aliquis tribuendus tuxta illarum exigentiam; nullus autem commodiū assignatur satisfactioni ex opere operato, quām remissio pœnae, ergo saltem hic est affigandus.

Minor probatur, quia satisfactione secundūm conditionem suam naturalem ordinatur ad deletionem pœnae, ergo sacramentalē videtur ad id instituta. 2. ita est instituta, vt culpa possit esse condonata, antequam impleatur satisfactione, cūm communius p̄t̄s detur absolutione, quām pœnitentes implat iniunctam pœnitentiam, igitur non videtur saltem prīmū ad id instituta, sed ad id, quod communius relinquitur post remissionem culpe.

Aduerte 1. quod quemadmodum diximus eō perfectiōrem gratiam cōcedi ex opere operato per Sacra menta, quō præstantior est dispositio, cūm quā ad illa accedimus; ita in præsenti sit probabile, quō p̄t̄rā partem pœnae, quā tollitur per opus, vt procedit ab operante, eō plus pœna remittatur ex opere operato, quō deuotius, & perfectius satisfactione sacramentalis mandatur executioni, ipso Sacramento vim suam exerente iuxta proportionem bonitatis operis.

Aduerte 2. ad hoc vt sacramentalis satisfactione hunc effectum operetur, requiri, vt subiectum sit in gratiā, vt colligi potest ex dictis dub. 3. quamvis enim Sacramentum vim suam habeat indépendenter à bonitate ministri: tamen suum effectum indigne non confert; peccator autem remanens in peccato indignus est, cui remittatur pœna apud Deum debita, cūm, vt ex dictis patet hæc remissio aliquo modo pertineat ad reconciliationem.

Vtrum autem satisfactione in mortali adimplita reuiniscat remissio peccato, controuerunt Doctores, quibusdā affirmantibus, negantibus alijs, quo- rū sententia videtur probabilior, cūm probabi-

Vt satisfac-
cio sacra-
mentalē ef-
fectū suum
operetur,
debet su-
iectū effi-
cētū effi-
cētū in gratiā.

Satisfac-
cio in mortali
impta nō
videtur re-
uiniscere.

lius iudicemus nullum Sacramentum reuiniscere p̄t̄ baptismum. ex hoc sequitur saluberrimum esse consilium citò adimplere pœnitentiam à sacerdote iniunctam, quando homo est in gratiā, nam, vt omitat rationes infāti notandas, qui implet pœnitentiam in mortali, fruſtrat Sacramentum aliquo suo effectu.

Non tamen tenetur pœnitens pœnitentiam repeterere. 1. quia sacerdotes iniungentes pœnitentiam solum iniungunt ut ponatur opus secundūm suam substantiam, cui substantia est extrinseca conditio operantis, quōd scilicet sit, vel non sit in gratiā. 2. quia alias homines merito possent esse perplexi de repetendis pœnitentijs, quia aliquem temporis tractum requirunt, vt cum permanentem iniungitur singulis septimanis ieiunium &c. quod in graue animarum periculum cederet, & in maximum grauamen; cūm enim pœnitentia teneatur pœnitentiam implere, vt dicemus in fermentibus, sequeretur aliquem posse obligari ad eam plurimis vicibus repetendam, vt cuius discurrenti facilē potest patere.

Addit satisfactioni, quamvis opus aliquā mala circumstantiā virietur, modo ponatur eius substantia, quia hac ratione ponitur substantia operis iniuncti obiectiū honesti.

Nec obstat quōd iis casibus non obtineat remissio pœnae, quia ea est extrinseca substantia operis iniuncti, per quam aliunde potest satisfactione p̄cepto.

Sed hinc difficultas oriri potest num saltem p̄cet is, qui adimpler pœnitentiam in mortali, ita videntur sentire aliquā, & ratio est, quōd p̄cet is, qui indispositus accedens ad Sacramentum est cauila, cur illud suo effectu fruſtretur; ergo etiam p̄cet is qui ponit obiectū & est cauila, cur pars fruſtretur suo effectu, sed hæc sententia videtur nimis rigida & repugnare communem conceptui fidelium, qui non solent magnopere se examinare, an pœnitentiam in mortali impluerint, vel de eo se accusare; repugnat etiam communem praxi confessariorum, qui pœnitentes non solent de eo interrogare. verius ergo est nullum ex eo capite peccatum committi, pro cuius rei intelligentia.

Notandum hanc partem imponi pœnitentiā a sacerdote, tanquam iudice, & medico, & proinde ad vitandum peccatum in eius impletionē id solum videtur requiri, quod requiritur ad implementum p̄ceptum, vt ex communī fideliū, & Doctorum sensu videtur constare; ad hoc autem, vt aliquis non p̄cet adimplendo p̄ceptum, non requiritur in operante status gratiā, vnde ad rationem in contrarium.

Resp. quōd licet fruſtretur satisfactione suo effectu, non tamen p̄cet, Christo non aliud extingente à pœnitente, quām vt opus p̄ceptum moliter ponat, quod à posteriori nobis declarat circus sensus Ecclesiæ, vt ex dictis patet, præterim cūm hæc effectus non sit effectus primarius, & principalis Sacramenti, sed mīnus principalis.

Potes 1. vtrum ad hoc vt satisfactione effectum conferat ex opere operato, requiratur, vt imponatur à sacerdote sub p̄cepto? affluit Valquez q. 94. art. 2. dub. 1. num. 9. quia satisfactione non habet vim ex opere operato virtute clavium, quæ ab eis non est imposta, qualis dici non potest ea, ad quam sacerdos non obligat, sed relinquit in pœnitentis arbitrio, quia non imponit eam tanquam iudicemus nullum Sacramentum reuiniscere p̄t̄ baptismum. ex hoc sequitur saluberrimum esse consilium citò adimplere pœnitentiam à sacerdote iniunctam, quando homo est in gratiā, nam, vt omitat rationes infāti notandas, qui implet pœnitentiam in mortali, fruſtrat Sacramentum aliquo suo effectu.

Sed

Sed verius est huiusmodi virtutem etiam committere operi quamvis non imponatur à sacerdote sub præcepto, sed præscribatur citra obligacionem. conuenientius quidem est, quod sacerdos tanquam iudex aliquid infungat per modum præcepti, nihilominus verius est quod possit etiam præscribere citra obligationem, & virtute clavium id eleuare ad penam ex opere operato delendam, quia etiam in iudicij non est necesse, ut iudex omnia sub præcepto imponat, sed potest aliqua præscribere citra strictam obligationem, & potest iudicis non solum videtur esse ad prius extendere, sed etiam ad posterius. & ita teneant plures.

Aduerte tamen non omnia bona opera penitentis hanc vim sortiri ex eo quod sacerdos dicat: quidquid boni feceris, & mali suffimeris &c. non enim per illa verba præscribit illa opera, sed solum precatur, ut ea, que facimus nobis profici in remissionem peccatorum, & ad vitam æternam.

Petes 2. an hanc vim sortiatur penitentia, quam imponet sacerdos, significans posse per alium impleri? negat Vasquez suprà num. 10. & sequentibus, ex eo quod sacerdos non possit obligare alium, quam penitentem. addi potest quod in nullo Sacramento pars possit ponii per alium, quam per ministrum Sacramenti, & suscipientem. sed plures censem penitentiam per alium impletam ex voluntate confessarij, hunc effectum sortiri. tenet Suarez disputat. 38. sect. 9. num. 3. cum quibusdam alijs. ratio est potest, quod cum unus pro alio possit satisfacere saltem de congruo, natura satisfactionis id permittat, & talis satisfactione ex intentione penitentis censetur quodammodo ipsius, ad priorem rationem Vasquez iam responsum est. ad aliud dico id fundari in natura, & conditione satisfactionis, quæ ab uno praæsta potest prodeſſe alteri ad penam remissionem obtinendam, nihilque videtur obſtare, quod minus quoad illum effectum possit per claves elegari.

Aduerte tamen hunc modum non esse absque graui causâ usurpare, quia nec est ita visitatus, nec ita utilis penitenti, cum non possit ei prodeſſe per modum medicinae ad precaudenda in posterum peccata. adde quod nisi Confessarius sufficienter id declararet, non censeatur concedere ut penitentia per alium quam per ipsum penitentem possit adimpleri.

Ex dictis in his duabus petitionibus patet satisfactionem posse esse partem integralem huius Sacramenti, quamvis non sit imposta sub præcepto.

Petes 3. an quilibet penitentia à confessario iniuncta virtute clavium, possit totam penam delere? aliqui afferunt, præfertim si penitens bona fide procedat, adduntque alia improbabilia, dicendum ergo licet in subiecto disposito cateris partibus plus penam remittatur per adimpletionem satisfactionis sacramentalis, quam per aliam, quia scilicet ea per virtutem clavium elenatur ad deletionem penam supra id, quod ipsi operi competit ex opere operantis: non tamen semper tam penam deleri per quilibet satisfactionem, nec prior sententia vlo solido fundamento nititur: neque enim bona fides penitentis id potest præstare, cum bona fides non suppleat, id quod à parte rei requiritur.

Id etiam non potest oriiri ex nudâ voluntate sa-

cerdotis, qui in hoc Sacramento non est absolutus Dominus, sed Dei minister, & iudex ei subordinatus, neque potest ostendi quod Deus velit concedere remissionem totius penae implenti quantumvis parvam penitentiam à sacerdote intulam: imo Concil. Trident. sess. 14. cap. 8. post medium contrarium indicat.

Confir. 1. communis sensu Ecclesie tota pena peccato debita non tollitur per sacrificium, ergo non est quod dicatur tolli per satisfactionem sacramentalem.

Confir. 2. iuxta sententiam relatam vix illius, qui ex hac vita decederet paulo post confessionem, penas in purgatorio lueret, quod est alienum à sensu Ecclesie.

Confir. 3. hoc iudicium non solum est reconciliatum, sed etiam vindicatum; ratio autem non permitit, vt satisfactio quantumvis parva eleuetur, & sufficiat ad plurima, & grauissima peccata vindicanda, ergo non quilibet penitentia sufficit ad remissionem totius penæ ex peccato condonato relicta, sed solum delet secundum quandam proportionem Deo notam iuxta ipsius ordinationem.

Petes 4. an satisfactio eleuetur virtute clavium ad conferendam gratiam sanctificantem ex opere operato afflert S. Thom. quæst. 90. artic. 2. ad 2. Caiet. ibidem, videturque probari, quia Sacraenta nouæ legis sunt causa gratiae in subiecto disposito. 2. si penitens ante absolutionem exequatur penitentiam iniunctam, illa cum aliis partibus concurret ad gratia productionem, ergo eandem causabit, licet subsequatur. & haec sententia est probabilis: non videtur tamen minùs probabile quod neque gratiam, neque eius augmentum ex opere operato conferat, quod tenent multi, vt dicit Suarez disputat. 38. sect. 2. num. 3. & indicat S. Thom. in 4. distinc. 16. quæst. 1. artic. 1. quæstiuncula 2. ad 3. Vasquez tomo 3. in 3. partem disputat. 168. cap. 1. numer. 7. dicens: *satisfactio ad remissionem solum penæ per se referatur*, & tomo 4. quæst. 94. art. 2. cit. dubio 5. num. 9. vbi inde probat quod satisfactio ex opere operato remittat penam, quia cum si pars Sacramenti, debet habere aliquam effectum ex opere operato: non potest autem operari gratiam.

Probatur, satisfactio sacramentalis non videtur instituta ad remissionem culpe, nec eam significat, ergo probabile est quod non concurrat ex opere operato ad collationem gratiae antecedens offendit, satisfactio in hoc iudicio videtur ad hoc instituta & elevata, ad quod iuxta naturalem suam conditionem aliquam habet proportionem; ea autem est cum penam, non cum culpam, per se loquendo.

2. Ideo videtur instituta, tanquam pars integralis huius Sacramenti, ut seruat ad tollendum id, quod remissa culpa restare potest, igitur detur solum vim habere ad huiusmodi effectum.

Confirmatur, ideo videtur secundum naturalem rerum exigentiam posse subsequi absolutionem, quia propriè non ordinatur ad deletionem culpe, sed solum ad remissionem penam.

Adde iuxta priorem sententiam per idem numero Sacramentum, & virtute vnius formæ gratiam ex opere operato bis conferri posse, quod in aliis Sacramentis est inauditum, & nullo modo est necessarium afferre in Sacramento penitentiae.

89.

Petitio 4.
Affirm. ref.
ponsio
D. Thom. &
Caiet.

90.

Negativa
videturque
probabilis estque
plurimum.
Vasquez.

Prob. 1.

Prob. 2.

91.
Obiectio.

Dices, ratione satisfactionis sacramentalis confertur gratia actualis, cùm satisfactio non solum sit instituta in vindictam præteriorum peccatorum, sed etiam in medicinam contra futura, ad quem effectum conuenienter confertur gratia præueniens; gratia autem præueniens, quæ datur ratione Sacramentorum, fundatur; in gratia sanctificante, ut communiter Theologi ergo per satisfactionem confertur gratia sanctificans.

Resp.

